REMARKS of the Rev. Mr. Rud upon the Book, intituled "The Origin and Succeſſion of the "Biſhops of Durham &c."

(E Catalogo Codicum MSS. Eccleſiæ Cathed. Dunelm. deſcripto a Thoma Rud ejuſdem Eccleſiæ Bibliothecario.)

LIBER Chartaceus eſt, in 8*vo.* minore. Sic incipit "*Aidane the firſt Biſhopp. Firſt it is to be underſtood, that &c.*" Definit in *Cuthberto Tunſtallo* qui anno 1559 mortuus eſt. Folia quidem aliquot ſequentia exciſa ſunt, ſed non ulterius deductam fuiſſe hanc Hiſtoriam oſtendit qui ſubjicitur in fine Indiculus Epiſcoporum; eorum ſcilicet qui vere fuerunt Epiſcopi: ſequentes enim nomine ſolo fuiſſe ait. Niſi forte aliquis malignitate ejus in Reformatos offenſus, ea exſciderit. Pontificiis enim addictum fuiſſe hunc ſcriptorem oſtendit notula hæc præfixa nominibus Epiſcoporum Reformatorum, quos a Pontificiis ſeperavit: "*Since the decay of Catholicke Religi-*"*on in England, others have ſucceded, who have had the Revenues and Tilles of* "*Biſhopps of Durham.*"

Ait ſe collegiſſe Hiſtoriam hanc e Chartis originariis hujus Eccleſiæ. Talium quidem Chartarum magnus numerus in Eccleſiæ tabulario ſervatur: Earum vero pervolvendarum copia non facile cuiquam conceditur, homini præſertim a noſtris ſacris alieno; nec niſi Canonicorum aliquo præſente; idque ad breve tantum tempus, quantum ad rem aliquam ſingularem perquirendam, non quantum ad rerum geſtarum Hiſtoriam continuam ex iis colligendam ſufficeret. Nec ſane operæ pretium erat tantum laboris inſumere ad Hiſtoriolam jejunam contexendam. Potuit quidem pervolvere *Symeonis Hiſtoriam Dunelmenſis Eccleſiæ*, quæ eo tempore edita non fuit; cujuſque Exemplar Manuſcriptum vetuſtiſſimum et pulcherrimum Dunelmi ſervabatur; ejuſque Continuationem in eodem Codice; ſed ea non progreditur ultra annum 1153. Et ſequentes Hiſtorici a *Whartono* in *Anglia Sacra* editi, quantum ex veteri Codicum Manuſcriptorum Catalogo conjicere licet, in hac Bibliotheca fruſtra quærerentur.

Collecta eſt hæc Hiſtoria a *T. R.* impenſa (ut ipſe in Præfatione ait) *Johannis Hall* de *Conſet*, agri Dunelmenſis viculo. Qui cum eam (amiſſam, ut putavit) poſt multos annos inſperato recuperaſſet, Præfationem ei adjecit, paulo (ut videtur) antequam *Carolus* ſecundus ab exilio revocatus eſt; *Thoma Mortono* (qui in Epiſcoporum ſerie ultimus eſt) adhuc ſuperſtite.

Librum hunc Bibliothecæ dono dedit Vir doctiſſimus *Georgius Hickes* S. T. P.

The Continuance of all the Biſhops of Durham from St. Aidaine to Cuthbert Tunſtall.

1. St. Aidaine 17 yeares
2. Finane 10
3. Colman 3
4. Tuda *dyed within* 1
5. Eata 18
6. St. Cuthbert 2
7. Eadbert 10
8. Eadfrid 24
9. Ethelwood 16
10. Cinewoolfe 18
11. Higbald 22
12. Egbert 18
13. Heathured 9
14. Egreede 16
15. Eanbert 8
16. Eardulph 39
17. Cutheard 15
18. Tilrede 14
19. Wigrede 17
20. Whrede 3
21. Sexhelme 6 *moneths*
22. Aldred 12
23. Elflige 22
24. Aldun 29
25. Edmond 23
26. Eadrede 10 *moneths*
27. Egelricke *a certaine time*
28. Egelwine 15
29. Walcher 9
30. William *of* Karolf 15
31. Ranulph 29
32. Galfride 8
33. William *Deane of York* 9
34. Hugh 41
35. Phillip 11
36. Richard *Chanclour* 11
37. Richard *ſurnamed the Poore* 11
38. Nicholas 8
39. Walter Kirkham 10½
40. Robert Stitchill 14
41. Robert *of the Ile* 9
42. Anthony Beeke 28
43. Richard Kellow 5½
44. Lewes *of* Beamont 16
45. Richard *of* Bury *a certane time*
46. Thomas Hatfield *a certane time*
47. John *of* Fordham 8
48. Walter Skirlaw 8
49. Thomas Langley 31
50. Robert Nevell 19
51. Laurence Booth 20
52. William Dudley 6
53. John Sheerwood 11
54. Richard Fox 7
55. William Sinowes 3
56. Chriſtofer Bainbrigg 1
57. Thomas Ruthall 14
58. Thomas Woolſey 7
59. Cuthbert Tunſtall 29

Since the decay of Catholicke Religion in England, others have ſucceeded, who have had the Revenues and Title of Biſhopps of Durham, whoſe names enſue.

	Anno Chriſti	*Yeares Continuance.*
James Pilkington	1560	16
Richard Barnes	1577	11
Mathew Hutton	1589	5
Tobias Mathew	1594	2
William James	1606	10
Richard Neale	1617	11
John Howſon	1628	2
Thomas Morton	1630	

7 12 55